

*Quicquid non est ex fide, est peccatum:  
Esse medicum, esse Sutorem, esse Sartorem;  
imò esse Imperatorem non est ex fide:  
E. Esse medicum, esse Sutorem, esse Sarto-  
rem, esse Imperatorem, est peccatum.*

*Minor est certa ; nam si Medicus, si Sutor,  
si Sartor, ut tales essent ex fide : tum inter  
Ethnicos, Turcas, & similes Atheos non  
essent. Sed hoc falsum est. Ergo ex ra-  
tione est, quod aliquis sit Medicus, Sartor,  
Sutor, imo Imperator.*

Concludit itaque *B. Jacobus Martini d.l.*  
*pag. 925. loc. hunc Paulinum non de fide ju-  
stificante ; sed de fide conscientiae esse intel-  
ligendum.*

*ii. In quibus est nihil damnable, in illis et-  
iam concupiscentia peccatum esse ne-  
quit. (Ratio : quia peccatum est ali-  
quid damnable.)*

*In renatis nihil est damnable, Rom.  
8. v. 1.*

*E. in renatis concupiscentia non est pec-  
catum.*

*Resp.*